

concedimus ut vos et omnia ac singula Monasteria vestri ordinis tam exemptionis privilegio quam omnibus immunitatibus libertatibus et indulgentiis et aliis privilegiis quibuscumque utanimi et gaudeatis ac uti et gaudere possitis quam prefato fratrum minorum ordini ac eius fratribus et personis sunt ab eadem sede concessa vel in posterum concedentur quatinus eiusdem exemptionis privilegium immunitates libertates indulgentie ac alia privilegia vobis competunt vel competere possunt vel poterunt. Et quatinus vos et Monasteria ipsa potestis ac poteritis esse capacia eorundem. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc actentare presumpserit indignationem omnipotentis dei et Beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum. Rome. apud Sanctum Petrum nonas aprilis pontificatus noster anno quarto. Cum autem ipsum privilegium ostensum ac lectum fuit quia ipse dompnus Salernus pro parte eiusdem Monasterii nostrum super hoc officium implorando nobis preces effudit, quatinus ipsum privilegium puplicandum declarandum seu infirmandum auctoritate iudiciaria admicteremus ut eodem originali privilegio minime comparente per huiusmodi transuptum et iudidis officio puplicatum tam in iudicio quam extra iudicium ius ipsius Monasterii defendi valeat seu tueri. Cuius pro parte eiusdem Monasterii precibus annuente utpote iuste factis iddem privilegium puplicandum declarandum seu insinuandum auctoritate iudiciaria admisimus totum per ordinem de verbo ad verbum nullo in eo addito subtracto vel mutato per manus mei predicti notarii in hanc scripturam puplicam transumendo. Quod ego predictus Iacobus dardanus puplicus salerni notarii qui rogatus interfui in hanc scripturam puplicam reddigendo scripsi et meo signo signavi memoriter nos predictus iudex et noturius qui superius inter virgulos scriptum est et legitur demum †. Ego qui supra darius iudex. † Ego Franciscus Biscontus testis sum. † Ego notarius Andreas dardanus testis sum. † Ego Malgerius scoptus testis sum. † Ego Mactheus dardanus clericus t. s; Petente itaque dicta domina abbatissa suo dicto Monasterio dictum instrumentum ad cautelam eiusdem Monasterii a nobis autenticatum habere nostrum super hoc officium implorando, quia dicti Monasterii interesse dicebat pro eo quod nostrum originale ad Romanam Curiam mittere intendebat. Nos vero quia iuste petentibus nostrum non possumus officium denegare dicte domine abbatisse precibus et iustis petitionibus inclinati instrumentum ipsum de verbo ad verbum transumpsimus et autenticamus nihil in eo adito mutato subtracto nec etiam diminuto. Unde ad futuram memoriam et dicti Monasterii Cautelam presens transumptum puplicum transcriptum est ex ipso originali instrumento per manus mei predicti notarii signo meo solito signatum. subscriptione mei predicti iudicis et nostrum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum. Quod scripsi ego predictus Magister Spina puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi (*Segue il tabellionato*).

† Iohannes de Maurone q. s. iudex. (*Segue il segno*).

† Ego presbiter Georgius de Spiritibus testor.

† dompnus Bartholomeus abbas sancte marie de porta testatur.

† Ego dopnus henricus testis sum.